

In nomine Domini amen. Ad perpetuam Rei Memoriam,
Nos Wladislaus Dei gratia Rex Hungariae Poloniae, Dalma-
tia, Croatiae Rastiae Serbicae Schlawoniae nec non terra-
rum Craecivensium &c.

139

Significamus tenore presentium quibus expedit universis,
presentibus et futuris notitiam habituris, quomodo cupiens
Fratrum nostrorum Illustrissimum Ducum Ivoonis Alexand-
ri et Michaelis Ducum de Cartoreysko honori intendere,
qui singulari affectione et fidelitate erga nostram Maies-
tatem et inclitam coronam Regni nostri Poloniae se ex-
hibent et exercent pro eorum Ducali statu et promotione
et praehabita matura deliberatione et consilio Prelatorum
et Baronum Nostrorum tam Polonorum quam Hungariae
Regnorum Praefatos Duces consanguineos nostros communi-
ter et divisim sigillo eorum Ducali frui, quo ex avo et pat-
re ipsorum uti consueverunt, sicut equo cui subidet vir
armatus, gladium evaginatum in manu tenens, Volumus
decernimus approbamus et concedimus perpetue ac in dnum.
In eius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appen-
sum. Actum Buda Feria quinta proxima ante festum Sanc-
ti Viti Anno Domini 1442 Presentibus ibidem Reverendissi-
mis in Christo Patribus Domini Simone agrigensi Petro Celadi-
ensi Episcopis Laurentio de Hederuara Regni Hungariae
Luca de Sorka Posnaniensi Petro Dorsowicz de Sprowica Leo-
potienti Palatinis, Laurentio de Calinowa Seradiensi Grego-
rio de Branice Radomiensi Castellanis ac aliis pluribus fide dignis.

Datum per manus magnificorum Joannis de Koniepro-
le Cancellarij et Petri Woda de Szerekoin vice Cancel-
larij

Confirmatio huius Privilegij Reperitur sub anno 1569
a Sigis mundo Augusto facta in Comitibus Lublinensi-
bus.